



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 52. Nicolai Rudolphi Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

minandam exhibuit, quæ publice co-Sæcul XVI.  
ram omnibus Cardinalibus prælecta a A.C. 1550.  
singulis fuit approbata, cumque omnes  
eam publici juris fieri peterent, paulo  
post feria sexta hebdomadæ majoris an-  
no Christi millesimo quingentesimo quin-  
quagesimo primo promulgata fuit.

## §. LII.

*Nicolai Rodulphi Cardinalis obitus.*

**M**ortuo Paulo III. Pontifice Maximo *Ciaton. t. 3.*  
usque ad exitum hujus anni supra *vit. Pontif.*  
millesimum quingentesimi quinquagesi- *p. 408.*  
*Bembo l. 15.*  
mi sacrum Purpuratorum Collegium *ep. 48.*  
ammisit sex Cardinales, quorum unus *Aubery vie*  
*des Card*  
Sede vacante, ceteri vero post Julii III. *Ugh. in ita-*  
electionem vivis erepti fuere. Horum *lia sacra.*  
primus erat Nicolaus Rodulphus patria *Amirel della*  
Florentinus, atque ex avo materno suo *Famil. Flor.*  
Nepos Leonis X. proin Petri Rodulphi  
& Medicææ Filius. Hic idem ex Pro-  
tonotario Apostolico ab eodem Papa  
die prima Julii Anno Domini millesimo  
quingentesimo decimo septimo Cardina-  
libus Diaconis tit. SS. Viti & Modesti  
adscriptus, progressu temporis Floren-  
tinum & Salernitanum Archiepiscopa-  
tum administravit, ac licet ætate junior  
esset, rexit tamen Ecclesiæ Forolivi-  
ensem, Imolensem, & Viterbiensem.  
Postea mutato Ecclesiæ suæ titulo Dia-

**Sæcul. XVI.** coniam S. Mariæ in Cosmedin, & dein il-  
**A C. 1550.** lam S. Mariæ in *via lata* accepit, ac Cle-  
 menti VII. Leonis X. Successori perca-  
 rus extitit, cumque præclaris omnino  
 animi dotibus præstaret, per totum vi-  
 tæ suæ cursum sancti Episcopi partes di-  
 gne explebat. Erat is Salernitanus Archi-  
 episcopus eo ipso tempore, quo Barba-  
 rossa ad Dioecesis istius vastationem ex-  
 scenderat, sed sancti hujus Episcopi me-  
 ritis rursus absque gravi fidelium dam-  
 no auffugere compellebatur. Excipie-  
 bat quoque Nicolaus in eadem urbe  
 Paulum III. Papam, & Carolum V.  
**Cæsarem**, qui illuc Anno reparatæ Sa-  
 lutis millesimo quingentesimo trigesimo  
 sexto advenerant, quamvis, ut fertur,  
 paulo post obitum Pauli III. ipse etiam  
 Rodulphus die vigesima Januarii Anno  
 Incarnationis Dominicæ millesimo quin-  
 gentesimo quinquagesimo Romæ fatis  
 fungeretur. Inter hujus Cardinalis epi-  
 stolas una est Cardinali Cibo nuncupa-  
 ta, in qua eidem Florentinorum Rempu-  
 blicam impense commendat, insuper alias  
 etiam existant ad Cardinalem Cortesium  
 scriptæ, quæ tamen nonnisi officiosas  
 gratulationes complectuntur.

§. LIII,

*Philippi de la Camera Boloniensis  
Cardinalis mors.*

**A**lter erat Philippus de la Camera Sa- *Ciacon l.c.*  
 baudus, ac Filius Ludovici Came- <sup>p. 528.</sup> *Duches hist.*  
 ræ Comitis, necnon Annæ de Bolonia, <sup>de Bourgog-</sup>  
 quæ primis nuptiis Alexandro Stuart <sup>ne l. 2.</sup> *Frizon in*  
 Albaniæ Duci juncta erat. Porro Phi- <sup>Gal Purpur.</sup> *Aubery l.c.*  
 lippus prima ætate S. Benedicti institu-  
 tum professus, demum Corbeiensis Ab-  
 bas, ac Nantuaci Prior, tandem Bolo-  
 niæ in Picardia Episcopus renuntiatus  
 est, quam etiam Ecclesiam regebat, dum  
 a Clemente VII. post Colloquium cum  
 Francisco I. Massiliæ Anno Christi mil-  
 lesimo quingentesimo trigesimo tertio  
 habitum, Cardinalis creatus est tit. S.  
 Martini in montibus, quem tamen ti-  
 tulum dimittens illum S. Mariæ Trans-  
 tyberin adoptavit Tusculanam Eccle-  
 siam adeptus. Intersuit sacris comitiis,  
 suumque suffragium contulit Paulo III.  
 & Julio III. Pontificibus, a quorum pri-  
 mo privilegium obtinuit, vi cuius ru-  
 brum galerum, aliasque vestes, ac Car-  
 dinalium ornamenta in ditionibus Gal-  
 liarum Regi subjectis, necnon in Sa-  
 baudiæ Ducatu gestare poterat, qui-  
 bus tamen alias Cardinales Regulares  
 ornati procedere haud permittuntur.

P 3

Obiit